tibi non completionem præmissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad Solvendum succumbet. Pro quo quidem Vadeo modo præmisso ad soluend succubit ac pro re aliqua principali ex præmissis non complenda com: plenda Statuit existens Mralis Recognoscens Nobilis Terlecki Petrykowicz siue eius posteri Ad Instantiam Nobilis Nicolai Prokopowicz Terlecki obligatarij sui vel ipsius successorum ad Officium præsens Castren Capitan Præmislien ex tunc recessu suprascripto, quoad respondendum spectat mediante semper in primo Statuonis termino tanquam peremptorio stare uiri parere respondere, Vadium præfatum luere, Inscriptioni præsenti Satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus, Ulterm Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Cum eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori minorennitate successorum Legatione intra vel extra Regnum seruitio militari ad munimenta ad Exercitum, vel alijs quibusuis Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem Ultra proximos Terños Officij præfati Castren Præmislien, Dilationem sibi non recipiendo nullasq motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo ac præmissa omnia pœnis simplicibus vel triplicatis euasionibus suspensionibus fatalijs Iuris præscriptione Terrestri bello Conuentione, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo quouis euadendo Hac sua præsenti personali Recognitione ad præmissa oía mediante.

Zielonka Choteckiey Retrocedit

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castren Capitan Præmislien Generosus Paulus Zielonka sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus suis quibusuis proprijs et competen recedendo. Præsenti vero Castren Capitan Præmislien Iurisdictioni quoad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere publice aeger expressum recognouit. Quia ipse de omni et integro Iure suo inscriptio, nempe de Causa et actione Iudiciaria infrascripta per Nobilem Catharinam Chotecka Virginem Defunctam Gnosis Michaeli de Chotca Chotecki et Marina Coniugibus ~~ratione~~ prouisionis Interuisa certa seu Contractu inter Gnosam Barbara

de Przyleki

de Przysieki Chotecka Parentem praefato Nobili Catherinae Chotecka et eosdem
Generosos Michaelem de Chotcza et Mariannam Coniuges Chotecki de Actu et data
illius hic Premisliae die tertia Mensis Junij Anno Millesimo sexcentesimo Quin-
quagesimo secundo confecti et conscripti manibus suprascriptorum Generosae Barba-
rae de Przysieki Chotecka et praefatorum Generosorum Michaelis de Chotcza et Mari-
annae Chotecka Coniugum legitimorum ab utrisque subscripti et Actis Officij Co-
sonis Castren. Premislien. cum Interpositione Vadij Trium Millium florenorum
Polonicalium firmati, eidem Nobili Catherinae Chotecka pro quolibet anno per
florenos Ducentos solui asseruati et pro annis in processu causae specificati usque ad
annum praesentem retenti non solutionis ad Officium et Judicium Castrense Pre-
misliense instituti et intentati, sibi vero Recognoscenti per eandem Nobilem Cathe-
rinam Chotecka coram Actis Officij praesentis Castren. Capitan. Premislien. condescen-
sa, nec non de eadem ipsa Inscriptione ratione provisionis eiusdem conscripta ipsaque
provisione pro annis in processu causae eo nomine perducti specificati, retenta
parum Lucris et perlucris Vadijs Triplicatis ipsaque pro Bannitionis, cum eius pu-
blicatione et approbatione, nec non Decretis Tribun. Regni Lublinen. quibus-
vis in eadem causa subsequutis atque per praefatam Nobilem Catherinam Chotecka
super eisdem Chotecki Coniugibus obtentis totoque causae istius processu iure
de praemissis Lationi cum omni praemissorum Iure proprietate Competentiaque
et praerogativa quavis, omnibusque et singulis Processus praefati et Decretorum
Inscriptionis eiusque roborationis, et subsequentis Inscriptionis Castrensis Pre-
strensis Premisliensis Iurisque praesentis processui conditionibus punctis clau-
sulis, articulis vadijs obligamentis, ac nexibus generaliter universis summaque
quaque praerogativa, utilitatibus, fructibus, provenientibus, commodis emo-
lumentis obventionibus, attinentijsque et pertinentijs generaliter universis
nihil ex praemissis Iuris proprietatis ac Cuiusvis Competentiae et praerogati-
vae pro se Recognoscente suisque successoribus aut quopiam alio reservan-
do seu exigiendo, verum prout praemissa omnia et singula ipsummet Re-
cognoscentem concernebant ac eidem legitime serviebant, Iam exnunc et
de facto # Nobili Catherinae Chotecka et ipsius posteris retrocessit et retrocondescen-
dit, prout retrocedit et retrocondescendit praesentibus, omneque et integrum
Ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem Remissionariae suae

Suprascriptae

1164 ~~1260~~

suae et ipsius Successorum totaliter et plenarie transtulit transfudit
et incorporavit prout transfert transfundit et incorporat praesentibus
In quod quidem Jus praesens retrocessum summam ac bona summa
eadem atque processu onerata praemissaque omnia praesens per se Reco-
gnoscens transfusa in idem Recognoscens Generosus Paulus Zielonka
praefatae Nobili Catharinae Chotecka Retrocessionariae suae eiusque
posteris, iam exnunc et de facto coram officio praesenti dat et admittit
realem Intromissionem, et actualem pacificamque possessionem per
Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos die quacunque voluerint
officiose accipiendam. Per ipsam Nobilem Catharinam Chotecka Retrocessionari-
am suam et ipsius Successores hoc idem Jus praesens retrocessum summamque
ac bona summa eadem et processu Russiae onerata praemissaque omnia prae-
sentibus per se Recognoscentem retroabcessa cum universis ipsi utilitatibus
et usufructibus, competentiisque et praerogativa quavis tenendi habendi et pos-
sidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi praemissaque omnia tanquam sua
propria ad suos et suorum successorum quosvis beneplacitos usus fructus
libere et effectualiter convertendi, Juris Originalis ea omnia latius in se com-
plectentis praesentisque retrocessi et retrocondescensi vigore.

Gostomski et Laskowski mutuo inter se Roborant Laskowski vero et Consortem

Ex[...] Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Pre-
misliensibus Generosi Joannes Gostomski ab una et Stanislaus Laskowski parte ab
altera sani mentibus et corporibus existentes, a Terris Districtibus Juribus, Ju-
risdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesentique
Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet seu
Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando
atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quili-
bet illorum seorsim suo pro Interesse recognovit. Quia ipsi et quidem Generosus
Stanislaus Laskowski suo et Generosae Catharinae Skalkowska Consortis suae legitimae
pro cuius rati habitione cavet et se praesentibus inscribit nomine sibi mutuo
et invicem una Pars alteri ac posteris utriusque partis se ac suos successores